Capita rerum, quibus illustrabit Germaniam ab Aventino, modo contingat benignus Mecænas:

In primo libro hęc dicentur. De carminibus antiquis: quod unum apud maiores nostros: quin etiam adhuc inclitum nostrorum: memorię et annalium genus est, quibus Cornelius Tacitus usus est. Et quæ Carolus magnus auxit quidam recentiores corruperunt. Germanię veteris, natura duce, descriptio ac Chorographia, cum vetustis ac recentioribus Regionum vocabulis. Quinque toparchię, iuxta quinque maxima flumina. Atque ingentes Sinus. Prima ac vetera nomina ex antiquis druidibus nostris admodum eruditis. Item ex clarissimis rerum scriptoribus, græcis latinis. Divo Julio Strabone, Pomponio Mela, Plinio solino, Plutarcho, Ptolemęo. Cornelio tacito Divo Antonino pio, Divo Theodosio, Divo Justiniano, vetustis diplomatibus Imperatorum Regum et Pontificum nostrorum. Istæuonum. Helvetiorum, Sycambrorum. Bathavorum, Mattiacorum Chattorum. Usipiorum Tencterorum Bructerorum Chamavorum Angrivariorum Tubantum Busactorum Suleborum. Longobardorum Ingrionum Vargionum Caruthnorum Cimbrorum mediterraneorum Nerviorum Eburonum Treuirorum. Mediomatricum Ubiorum Vangionum Nemetum Tribochorum, sedes atque origo. Belgas a Germanis ortos esse Eam linguam, quam veteres gallicam vocant, eandem esse quam nunc teutonicam vocant, Gallosque teutonas esse atque celtas Nigram sylvam non esse bacenim sed helvetiorum, ex Cæsare. Tacito Ptolemeo. Itidem ingæuonum. Chaucorum Cimbrorum (quorum pars Saxones fuerunt) teutonum vandalorum Burgundionum, Burgionum, Varinorum Charinorum Gutonum, simul et Boiorum Hermionum Hermundorum Nariscorum Cattorum. Cheruscorum, Suevorum, Item Peucinorum Basternarum sarmatum situs, Antiquæ Mæsiæ. Phrygiæ. histriæ Suevicæ, eiusque populorum Rugionum Anglorum Angilorum Angliorum, Senonum, Lancobardorum Marcomanorum. Quadorum. Avionum Abiorum Variorum Lenovorum Suionum Bogiorum Teriscorum Tauriscorum Alanorum Troiorum Gotinorum Burorum Legionum Æstiorum Sitonum Fennorum Dacorum Getarum. Scytharum. Regni vanniani. Sedes et regiones, quomodo nunc hæc loca, sed mutatis cultoribus, vocentur. De Boiemia quoties mutarit cultores De primo Zechorum rege, De venedis (qui sua lingua sunt sclavi et

Antes ·) veteres et natiuæ eorum sedes. De varijs & veteribus Germaniæ vocabulis.
Religio. leges. philosophia. astrologia. Dies, meses. Annus festa. literæ. veteres sapi-
entes, vates, Druides Aliruna Chyndegota ac sibillæ Germanorum. XX primi he-
roes, dij. Atque reges †Berosus & Metasthenes, quomodo a troianis nostris vocent. De Osiri
et Isside, Libyo hercule hispanico. dijs & heroibus ægipti, vt in Germania venerint,
primæ expeditiones maiorum nostrorum in alienas terras exterasque nationes. Eorum res mi-
litaris. Vera historia & origo Amazonum ex Horatio et nostris anthoribus vernaculisque
annalibus Irruptiones illarum in Asia Scytharumque regna, pariter cum Cimbris. De Alope vrbe
cuius metione Homerus & Comentarij eius faciunt Atque inde Amazonas deducunt.

† maiorum nostrorum, gra[?] metione faciunt Appia-
nus Alexandrinus Corne-
lius tacitus

Secundus liber narrabit res gestas maiorum nostrorum, ab excidio troiano, vsque ad vrbem romanam
condita. Bellum troianum. De Teuthrante rege & heroe Germaniæ Amico herculis, eius filijs
Nepotibus & vxore troiana, quomodo a maioribus nostris incipent. De Pentesilea, hippolyte
Melampe Amazonum reginis, quid veteres Germanj, in suis Carminibus de hisce cantitet.
Ibidem noia earum vera germanica, Quomodo Germani sub imperio Babilomorum ac Assyriorum
vocitent.

Tercij libri summa rerum, vetera noia francorum et Gottorum. Irruptiones Germanorum in Asia,
Migrationesque in alienum solum, Bella eorum aduersus magnos persarum reges, qui tum maiores
nostri Atque Cyrus ab ipsis dicat. De Rœtis, quæ sit Rœtia vindelicia. Noricum. Pannonia
De Sycambria Scythia troia troisque Atque situs Noricorum pannoniorum populis & vrbibus
ac pagis vnde quidam francos deducunt. Ibidem verissima earum rerum explicatio, De ræto-
bonna, tetrapoli, siue vrbe quadrata danubiana, quam veteres Germaniæ druides atque
vates, greca nois interpretatione ϱαιτόπολιν nominant, vulgus indoctum corrupto li-
cet iam vetustatis non nihil (· vti fit sono ·), Ratisbona vocare solet credit latinum esse
vocabulum, cum sit barbarum ac semigermanum, quemadmodum Bendobonna vindobonna
Ac bonna vrbes Galliæ ac Noricorum, Bella proauorum nostrorum, aduersus macedonum
reges, philippum. Alexandrum magnum Eorumque successores, Quo Germanj a Macedonibus vo-
cent. Irruptio Germanorum rursus in Asia. Item bella aduersus romanos liberos. Migratio